

perio, perfectissima creatura subiecta sunt, & multo magis, quam illa potentia executiva, si in Deo daretur; hac enim esset divina, & sic non operaretur ex subiectione ad intellectum imperantem; creatura autem ex plenissima subiectione ad Deum operatur; Ergo immediate voluntas, seu intellectus Dei imperans, agit in creaturas, non autem mediante potentia executiva, ab illis virtualiter distincta.

92. Dices: Quae distinguuntur realiter in creaturis, transfata in Deum distinguuntur in eo virtualiter: Sed potentia executiva in nobis distinguitur realiter ab intellectu, & voluntate, iuxta probabiliorem sententiam, quam docent nostri Thomae in libris de anima; Ergo in Deo distinguuntur ab illis virtualiter.

Confirmatur: Ille potentia distinguuntur virtualiter in Deo, quae habent distinctos actus, & diversa objecta: Sed potentia executiva in Deo habet distinctum actum ab eius intellectu, & diversum objectum ab illo; actus enim intellectus divini, est scire, seu intelligere, & objectum illius formale & specificativum, & ipsa essentia divina, non autem creatura; actus vero potentiae executivae est facere, seu producere; & objectum illius est sola creatura, non autem essentia divina, quae non est factibilis: Ergo potentia executiva in Deo, virtualiter ab eius intellectu distinguuntur.

93. Ad objectionem respondet distinguendo Majorem: Quae distinguuntur realiter in creaturis ex genere suo, & ex propria ratione formali, distinguuntur virtualiter in Deo, concedo. Quae distinguuntur ex limitatione, & potentialitate creaturae, nego. Potentia autem executiva non distinguitur in nobis realiter ab intellectu & voluntate, & ex propria ratione formali, sed ratione potentialitatis, & limitationis naturae humanae, quae non est pure intellectualis, & simplex, sed mixta ex corpore & spiritu, ut constat ex dictis.

Ad confirmationem concessa Majori, nego Minorem, quantum ad utramque partem: actus enim intellectus speculativi, est quidem tantum scire, & intelligere, imperium tamen, quod est actus potentiae executivae, procedit ab intellectu practico, praesupposita tamen motione voluntatis, ut dicemus conclusionem sequenti. Similiter objectum specificativum divinae omnipotentiae, est essentia divina; quia licet illa non sit factibilis, & producibilis, est tamen ratio faciendi, & producendi creaturas, quae pertinent tantum ad objectum materiale, & secundarium illius.

§. II.

Opinio Vasquez, refellitur, & D. Thoma, ac Discipulorum eius sententia stabilitur.

94. Deo secundo: in Deo potentia immediate executiva, non est voluntas, sed intellectus practicus, ut motus & applicatus a voluntate.

Probatur primo ex D. Thoma hic art. 8. ubi dicit, *Forma intellectus est principium operationis, sicut calor est principium caliditatis, non tamen nisi voluntate adiuncta.* Unde cum calor sit principium immediate productivum caloris, manifestum est, in sententia Divi Thomae, quod intellectus divinus, per scientiam eius practicae, est principium immediate productivum rerum ad extra; quantumvis ut operetur, requiritur motus, & applicatio voluntatis. Quare si intendam attribui productionem rerum voluntati divinae, hoc intelligendum est de principio movente, & applicante, non autem de principio immediate exequenti.

95. Probatur secundo ratione fundamentali. Illud attributum in Deo est immediate productivum creaturarum, quod elicit actum per quem Deus de facto producit creaturas: Atqui talis actus non procedit elicitive a voluntate, sed ab intellectu practico, ut motu a voluntate divina: Ergo principium immediate productivum creaturarum, non est voluntas Dei, sed eius intellectus practicus. Minor probatur, Deus ad extra producit creaturas per actum imperii, quo dicit, *facta sunt, & facta sunt lux, & facta sunt lux.* Et Psalmus 148. *ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.* Sed imperium est actus elicitivus ab intellectu practico, ut motu a voluntate; sicut docent Theologi cum Sancto Thoma 1. 2. q. 17. art. 1. Ergo actus quo Deus ad extra producit creaturas, non procedit elicitive a voluntate, sed ab intellectu practico, ut motu a voluntate.

96. Confirmatur: In Scriptura Deus dicitur producere creaturas, per dictionem & locutionem internam, ut constat ex locis iam relatis: At dictione, & locutio interna, non pertinent ad voluntatem, sed ad intellectum, qui est velut os, aut lingua substantiae spiritualis, secundum illud Psalm. 31. *Os iusti meditabitur sapientiam.* Unde etiam Divina Sapientia Ecclesiastica 24. dicit se ex ore Altissimi (id est intellectu Patris) prodidisse: Ergo actus quo Deus ad

extra producit creaturas, non pertinet ad voluntatem, sed ad intellectum, ut motum a voluntate.

Sicut igitur Pater aeternus producit Filium per dicere notionale, ita & omnes Personae Sanctissimae Trinitatis producent creaturas per dicere commune & essentiale; sive per actum imperii, formaliter immanentem, & virtualiter transiuntem. Imperium autem, ut docent Theologi cum Sancto Thoma 1. 2. q. 17. tria importat: scilicet directionem, intimationem, & motionem; duo prima habet intellectus a seipso, tertium vero illi communicatur a voluntate, quae est primum movens quantum ad exercitium: nam haec duo potentia, quoad suas operationes, se mutuo juvant, intellectus dirigit voluntatem, & illam determinat ad speciem actus; voluntas movet, & applicat intellectum, illumque determinat ad exercitium: unde sicut ordo qui reperitur in actibus voluntatis, est ab intellectu dirigente, & ordinante; ita & vis movendi quae reperitur in actu imperii, est a voluntate movente, & applicante. Quare ex hoc triplici actu, scilicet ex directione, & intimatione intellectus, ac motione voluntatis, coalescit actus efficax imperii divini, quod non solum dirigitur ad creaturas racionales, sed imperium humanum & politicum, sed etiam ad insensibiles & inanimatas: nam Deus vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, & insensibilia illi ut sensibilia obediunt. Unde Job 38. *maridixit, Ubiq; hic venies, & non procedes amplius, & hic confinges rimentes fructus tuos.* Et Joann. 11. Christus ait Lazaro mortuo, *Lazare veni foras.* Et Matth. 8. *imperavi ventis & mari.* Ubi eleganter Hieronymus: *Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturae sentientes Creatorem imperantem, non errore Hereticorum, qui omnia putant animata: sed majestate conditoris, quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.* De actu imperii plura dicemus in Tractatu de praedestin. disp. 1. art. 3. in Tractatu de actibus humanis, disputazione 11. per totam.

§. III.

Solvuntur objectiones.

97. Contra istam conclusionem objici potest: Productio creaturarum in Scriptura saepe attribuitur divinae voluntati dicitur enim Psalm. 134. *Omnia quaecumque voluit Dominus fecit.* Et ad Ephes. 1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.* Ergo potentia immediate operativa in Deo, non est intellectus, sed voluntas.

Confirmatur: D. Thomas infra q. 19. art. 4. ad 4. ait, *quod ejusdem effectus scientia in Deo est causa ut dirigens, voluntas ut imperans, & potentia ut exequens.* Ergo secundum D. Thomam, scientia in Deo non concurrat effective ad productionem rerum, sed tantum directive.

Respondet quod cum actus imperii quo Deus producit creaturas, pertinet partim ad intellectum, partim ad voluntatem, modo supra explicato; Scriptura interdum attribuit productionem rerum divinae volitioni, scilicet tantumquam causae moventi; interdum vero ejus dictioni, & locutioni, tanquam causae operanti, & exequenti. Unde Apostolus dicit quod Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. Ubi, ut notavit Glossa, prius ponitur consilium, quod pertinet ad intellectum, & postea additur, voluntatis suae: ut per hoc significetur, quod intellectus divinus, ut motus & determinatus a voluntate, est causa rerum.

Ad confirmationem dicendum est, quod quando Sanctus Thomas ait quod scientia in Deo est causa dirigens, loquitur de scientia simplicis intelligentiae, quae concurrat tantum directive ad productionem rerum, unde addit, *Scientia qua concipitur forma operis.* Quibus verbis aperte significat, se loqui de scientia, quae continet ideas rerum possibilem, quae est scientia simplicis intelligentiae. Cum vero subdit, *quod voluntas se habet, ut causa imperans,* loquitur de imperio, quatenus importat motionem & impulsivum; sub quo ratione (ut diximus) pertinet ad voluntatem, non vero ad intellectum. Denique quando subiungit, *quod potentia se habet ut exequens,* per illam potentiam exequentem, significat ipsum intellectum, ut practicum, & ut motum ac applicatum a voluntate; sub quo ratione gerit vices potentiae executivae in Deo, & est immediatum principium operationis ad extra; unde ibidem ait, *intellectus speculativus nihil dicit de operando.*

Quod si aliquis contendat, per potentiam illam exequentem, S. Doctorem significare potentiam aliquam virtualiter distinctam ab intellectu & voluntate, dicendum est cum Cajetano & Alvarez, illum idem corripisse, seu potius magis explicasse infra q. 25. art. 1. in a. solutione quarti argumenti, ubi dicit, *scientia divina, secundum quod est principium effectivum, habet rationem potentiae.* Quibus verbis aperte declarat, scientiam Dei ut applicatam per decretum, habere rationem potentiae operativae ad extra, per actum imperii.

DISPUTATIO IV.

De Scientia futurorum contingentium.

HIC aggredimur gravissimas hujus temporis, & Tractatus questiones, ac controversias, & relicto, ut ita dicam, litore, in altum ducimus: Christus dicebat Petro Luca 5. id est (ut explicat D. Ambrosius lib. 4. in cap. 5. Luca) in profundum disputationum ingredimur. Agimus enim de scientia futurorum contingentium, quae tot rixas & contentiones inter Patres Societatis & Thomistas olim excitavit. Verum cum notitia cujuslibet scientiae ex objecti sui cognitione maxime pendeat, praequam celebres illas controversias discutamus, tria in hujus disputatioe limine praemittemus & declaranda censuimus, quae magnam lucem afferent his quae in toto ejus decursu dicturi sumus: nimirum quid sit futurum, quid contingens, & quomplex detur futurum contingens? Unde fit

ARTICULUS I.

Quid & quomplex sit futurum contingens?

§. I.

Refellitur prima pars quaevis, & declaratur in quo essentialiter consistat futurum.

98. Deo primo: Rem consistit in ratione futurae, per determinationem, preparationem, & ordinationem causarum ad illius productionem: ac proinde futurum recte definitur, quod est determinatum in causa ad habendam existentiam pro duratione sequenti. Est contra plures ex Recentioribus, qui videntes ex hac definitione futuri, se qui manifestam destructionem scientiae mediae (ut constat ex infra dicendis) illam negant. Unde P. Annatus in libro quem edidit pro defensione scientiae mediae disp. 1. cap. 2. ait aliquid esse futurum, nihil aliud significare, quam aliquando contingere rem habere suam existentiam, etiam si quae contingat casu, id est, nulla quoad hoc processerit determinatio in Deo, sed tantum praesentia; & adeo firmam patet hanc doctrinam, ut nihil possimus illi opponere, quantumvis nos excutiamus. Sed ut clare pateat, quam parum soliditatis & probabilitatis habeat haec sententia.

99. Probatur primo conclusio ex D. Thoma q. 2. de verit. art. 12. ad 7. ubi ait: *Cum dicitur hoc est futurum, designatur ordo qui est in causa illius rei ad productionem ejus.* Et in 1. diff. 38. q. 1. art. 5. dicit, *Deus videt ordinem sui ad rem, ex cuius potestate rei erat futura: ille autem ordo, nihil aliud esse potest, quam determinatio divinae voluntatis, ad res producendas, per quam transferuntur a statu mere possibilitatis ad statum futurationis.* Idem docet 1. cont. Gent. c. 67. 1. Perihem. c. 8. 2. q. 171. art. 6. ad 2. Et in hac parte q. 16. art. 7. ad 3. ita expresse loquitur, ut nullus dubitationi relinquatur locus: dicit enim, *Omne quod est, ex eo futurum fuit, antequam esset; quia in causa sua erat ut fieret; unde sublati causa, non esset futurum illud fieri &c.* Et tandem in hac q. art. 13. sic habet: *Alio modo potest considerari contingens, ut est in sua causa, & ita consideratur ut futurum: Ergo ex D. Thoma; res est, & denominatur futura, a preparatione, ordinatione, seu determinatione causarum ad illius productionem.*

100. Probatur secundo ex D. Augustino, qui cap. 9. de corrept. & gratia, & lib. 6. de Genesi ad litteram cap. 17. dicit, *Deum futura scire, nihil aliud est, quam eorum causas preparare.* Et Tractatu 68. in Joann. docet quod Deus fecit futura, ea praedestinando.

101. Probatur tertio ratione ex dictis locis desumpta. Rem esse futuram, est aliqua denominatio realis, non quidem intrinseca, sed extrinseca: denominatio enim intrinseca non potest competere rei non existenti. Ergo debet ab aliqua forma reali, & extrinseca provenire: At talis forma non potest esse alia, quam determinatio causae ad ejus productionem: Ergo rem esse futuram, nihil est aliud, quam ipsam esse determinatam in causa, ad habendam existentiam pro tempore sequenti. Major, & prima Consequenter patet, Minor probatur. Talis forma non potest esse ipsa causa, praesens ut potens ad producendum effectum: cum ut sic tantum tribuat denominationem possibilitatis: non potest etiam esse eadem causa, ut acta influens esse in effectum, sic enim dat denominationem existentis: Ergo solum potest esse eadem causa, ut determinata ad dandum illi existentiam in duratione sequenti.

102. Respondet Suarez prolog. 2. de gratia cap. 7. rem non esse, nec denominari futuram, a determinatione causae, sed ex habitu ad existentiam pro determinato tempore habendam.

Sed haec responsio magis confirmat, quam infirmet vim Thom. Conet, Tom. I.

argumenti propositi: Cum enim habitudo ad existentiam pro determinato tempore habendam, nulli reicreat conveniat essentialiter, & ab intrinseco, debet ei competere ab extrinseco, & ex aliqua causa efficiente: unde cum non possit ei competere a tali causa, praesens ut potens, & indifferente ad dandum illi esse: ei convenire debet ab eadem causa, ut preparata, & disposita, ac determinata ad ejus productionem.

Probatur tertio conclusio, & magis confirmatur, & explicatur ratio praecedens. Res futura consistit debet in ratione futurae, per illud, per quod distinguitur a mere possibili, & existenti: Sed ab utraque distinguitur, per hoc quod sit determinata in causa ad habendam aliquando existentiam: Ergo per talem determinationem constituitur in ratione futurae. Major est evidens, ut enim dicitur Philosophi, idem est constitutum rei, ac distinctivum illius a qualibet alia. Minor vero declaratur, & probatur. Res mere possibilis continetur in causa indeterminata, & indifferente ad dandum illi esse. Res existens, est totaliter extra suas causas; cum existentia idem sit, ac sitientia rei extra causam. Atqui loca determinatio in causa, facit differre rem futuram a re quae est omnino extra causas, & a re quae est in causa omnino indifferente, & indeterminata: Ergo determinatio in causa, distinguit rem futuram, ab existente, & mere possibili. Major constat, Minor etiam non est minus evidens. Res enim futura, nondum est extra suas causas, alias esset praesens, & existens; nec etiam est intra causam omnino indifferente, & indeterminatam, ad dandum illi existentiam; alioquin esset mere possibilis, nec magis esset futura, quam non futura; & cum contineretur intra causas, & per hoc differat a re existente, quae est omnino extra causas; ut differat a mere possibili, debet esse intra causam cum determinatione; & sic res futura, erit illa quae est determinata in sua causa, ad habendam existentiam pro duratione sequenti.

§. II.

Corollaria praecedentis doctrinae.

EX dictis colliges primo, quod cum sit duplex determinatio causarum, una infallibilis, & immutabilis, qualis est determinatio causae primae: altera fallibilis, & mutabilis; qualis est determinatio causae secundae contingentes, vel liberae, duplex etiam distingui solet futuritio: una certa & infallibilis, per ordinem ad causam primam; & altera fallibilis, & impeditibilis, per ordinem ad causas inferiores contingentes, vel liberas: Quod est futurum primo modo, est simpliciter, & absolute futurum, & de eo potest dici simpliciter, quod erit; quod vero tantum secundo modo est futurum, est solum futurum secundum quid, nec de eo simpliciter potest dici, quod erit; sed cum addito tantum, ex vi scilicet inclinationis, & determinationis causae. Unde D. Thomas q. 12. de verit. art. 10. ad 12. *Causae superiores quae sunt rerum rationes in divina scientia, nunquam desunt in impletionem suorum effectuum, sicut desunt in inferioribus; & ideo in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolute, sed in inferioribus, non nisi sub conditione.* Ubi per rationes rerum, intelligit ideas ut determinatas per decretum divinum: sicut ipse docet q. 3. de verit. art. 6. ubi ait, *Idea rerum quae sunt, fuerunt, vel erunt, determinantur ex proposito divinae voluntatis.* Sentit ergo S. Doctus, res creatas ex ordine tantum ad divinum decretum, accipere infallibilitatem eventus; non vero ex ordine ad causas inferiores, praesertim ad contingentes, & liberas. Et in hac parte q. 19. art. 7. ad 2. haec scribit: *Deus aliquando pronuntiat aliquid futurum, secundum quod consistit in ordine causarum inferiorum, iuxta secundam dispositionem utraque, vel meritorum, quod tamen non fit: quia aliter est in causa superiori divina, sicut cum istius praedixit Esaias, *Dispone domui tuae, quia morietur, & non videt: ut habetur Isai. 38. *Nego tamen ita evenit, quia ab aeterno aliter fuit in scientia, & voluntate divina, quae immutabilis est.* Et 2. q. 171. art. 1. distinguit duplicem prophetiam, unam comminationis, quae non semper impletur, sicut quando dicitur Iuxta Jonae 3. *Abhis quadragesima dies, & Ninivis subvertetur:* alteram praedestinationis, quae semper, & infallibiliter impletur: qualis erat illa, *Ecco virgo concipiet, & pariet &c.***

Colliges secundo, Ex ordine ad causas secundas necessario operantes, dici aliquid futurum simpliciter, id est absolute. Ex ordine ad causas secundas contingentes, ad unum extremum propensas, dici futurum cum addito. Ex ordine vero ad causas secundas contingentes, ad utrumque se habentes, nullatenus dici futurum.

Probatur: Illud est futurum, quod est in causa determinatum ut fiat: At quod habet esse in causa necessaria, & immutabiliter operante, est determinatum simpliciter: in causa autem contingenti, ad unam partem magis propensa, tantum habet determinationem secundum quid; & in



& in causa contingenti omnino indifferenti, nullam habet determinationem: Ergo ex prima dicitur futurum simpliciter, ex secunda, secundum quid tantum, ex tertia autem nullo modo.

- 10 Confirmatur: id est futurum, de quo potest aliqua certitudine cognosci, quod erit: Sed quod habet esse in causa necessaria, & immutabiliter operante, potest cognosci, quod erit, certitudine tali simpliciter, nempe scientifica: quod autem habet esse in causa contingenti, magis ad unam partem propensa, quam ad aliam; solum potest cognosci quod erit, certitudine conjecturali, quae est certitudo tantum secundum quid: quod demum contingit in causa contingenti, indifferenti ad utrumlibet, nulla certitudine potest cognosci quod erit: Ergo primum est futurum simpliciter, secundum solum secundum quid, tertium nullo modo, sed tantum possibile. Ita expresse docet S. Doctor in 1. dist. 38. quaest. 1. art. 5. circa medium corporeis, ubi ait: *Sciendum igitur est, quod atropium res sit, non habet esse nisi in suis causis: sed causa quaedam sunt ex quibus necessario sequitur effectus, qui impeditur non possunt; & in illis habet causatum esse certum & determinatum, ideoque potest sciri demonstrative, sicut est orni Salis, & in istis habet causam, quaedam autem sunt causae, ex quibus sequuntur effectus ut in maiori parte, sed tamen deficiunt in minori parte: unde in istis effectus non habent certitudinem absolutam, sed quandam, in quantum sunt magis determinatae causa ad unum, quam ad aliud; & ideo per istas causas parvi accipi scientia conjecturalis de futuris.* Et paucis interpositis addit: *Sed quaedam causae sunt, quae se habent ad utrumque; & in istis effectus de futuro nullam habent certitudinem, aut determinationem; ideo contingencia ad utrumlibet in causis suis nullo modo cognosci possunt.* Idem docet P. Perihem. lect. 13. & de verit. q. 2. art. 12.
- 11 Dices: Quando Sanctus Thomas in his locis ponit hoc discrimen inter causas naturales, & contingentes, quod in primis effectus habent certam & determinatam futurationem, non autem in secundis: vel in causis naturalibus, & necessario operantibus, involvit decretum divinum praedeterminans, & applicans causas secundas ad operandum, vel illud excludit? Si primum, nulla erit differentia quam statuit inter causas naturales, & contingentes, cum in istis, prout subduntur decreto efficaci, & praedeterminanti, effectus contingentes non minus infallibiliter sint determinati, quam effectus naturales in causis necessariis. Si vero secundum dicitur, non erit verum dicere, quod effectus naturales infallibiliter eveniunt, cum seculo decreto praedeterminante, & applicante causas secundas ad operandum; nulla causa, etiam naturales, & necessariae operentur.
- 12 Respondeo. D. Thomam in his locis, neque includere, neque excludere tale decretum; sed ab illo abstrahere: non abstractione negativa, sed mere praesiva: id est ad illud non attendere, nec tamen illud negare; sed intendere solum, quod quia effectus naturales, & necessarii, sunt determinati in suis causis, in illis habent certam, & infallibilem futurationem, quae sunt indifferentes ad utrumlibet. Nec obstat, quod Deo suspendente concursum, effectus etiam naturales non ponentur extra causas; nam cum talis suspensio foret miraculosa, etiam miraculose esset, quod talis effectus extra causas non poneretur: ex quo non fit falsa propositio, qua dicitur, quod ille absolute erit.

§. III.

Solvitur obiectio Suarez.

- 13 Obiect Suarez loco supra citato contra nostram conclusionem, & definitionem futuri in ea traditam. Si futurum esset illud quod est determinatum in causa, posset aliquid fieri in tempore, quod antecederet non esset futurum. Item posset aliquid esse futurum, quod nunquam esset praesens: Sed utrumque videtur absurdum: Ergo futurum non recte definitur id quod in causa est ad habendam aliquando existentiam, determinatum est. Probat sequela Majoris, quantum ad primam partem, nam posset aliquid in tempore fieri, ad quod non procederet in causa determinatio, & inclinatio ad unam partem magis quam ad aliam, sed omnimoda indifferentia: Ergo si futurum consistat in determinatione causae, poterit aliquid fieri, & esse praesens in tempore, quod antecederet non fuit futurum. Probat etiam quantum ad secundam: Potest enim contingere causam secundam, esse ad aliquem effectum determinatam, & inclinatum, qui tamen in re non ponetur, sed eius oppositum, quia impeditur ab alia causa superiori & potentiori: Ergo si futurum non fit illud, quam determinatio in causa, poterit aliquid esse futurum, quod nunquam erit praesens & existens.
- 14 Respondeo negando sequelam Majoris, quantum ad pri-

nam partem: cum enim nihil in eo tempore fiat, quod non fuerit ab aeterno a Deo determinatum, nihil potest esse praesens in tempore, quod non fuerit futurum ab aeterno, saltem respectu causae primae; licet respectu causam secundam possit interdum contingere, quod aliquid producatur in tempore, quod prius, prioritate temporis, & durationis, non fuit in eis determinatum, nec consequenter futurum. Dixi prioritate temporis, quia in sententia Thomistarum, nulla creatura potest in actu exire, nisi prius natura fuerit a Deo ad operandum determinata.

Ad secundam partem Majoris similiter dicendum est, 15 nihil potest esse futurum per ordinem ad causam primam infallibilem, & immutabilem, quod non ponatur aliquando in tempore: per ordinem tamen ad causas secundas fallibiles, & contingentes, non repugnat quod aliquis effectus sit futurus, qui tamen nunquam erit praesens & existens, ut colligitur ex Aristotele a. de Generat. text. 64. ubi dicit, *Futurus quis incedere, non incedit.* Quia interdum determinatio illa, qua quis volendo incedere, faciebat futuram deambulationem, vel mutatur a voluntate, vel impeditur ab alio, ne forsitur suam effectum. Idem docet S. Thomas 1. Perihem. cap. 8. lect. 13. Quare mirum est Suarez, in doctrina Aristotelis & D. Thomae esse adeo peregrinum, ut pro absurdo & inconvenienti reputet quod uterque speritissime tradit.

§. IV.

Explicatur alia duo quae restant examinanda quid scilicet sit contingens, & quomplex sit futurum.

16 Ut clare percipiatur quid sit contingens, supponendum est ex Perihem. 1. cont. Genit. c. 67. effectum necessarium, & contingenter dependentem posse considerari: scilicet sub ratione entis, & sub ratione effectus. Primo modo consideratur absolute in seipsis: secundo autem, per comparationem ad causas. In prima consideratione dicitur necessarium, id quod quantum est ex propria natura, non potest deficere, uti celum, & Angelus, quae ab intrinseco petunt conservari in esse, ex suppositione quod sunt; quia carent principio corruptivum inclinant ad illorum non esse: cum quo tamen stat, quod ab extrinseco annihilari possunt, Deo suspendente concursum. Contingens autem dicitur, quod quantum est ex propria natura, deficere potest, quod etiam corruptibile ab intrinseco dicitur, eo quod habet intrinsecum principium, inclinans ad illius non esse, scilicet materiam primam, quae appetendo formam contrariam, ex consequenti appetit illius non esse; & illa necessitas & contingencia est essentialis, & invariabiliter conveniens rebus: ita ut in quocumque statu res contingens ponatur, sit semper contingens, & necessaria, semper necessaria. In secunda autem consideratione, effectus necessarius dicitur ille, qui procedit a causa necessaria, immutabiliter agente, & quae ab alia causa impeditur non potest: contingens vero dicitur ille, qui procedit a causa quae impeditur potest, & consequenter, est causa aliquando in eius productionem inclinet, potest tamen non evenire.

Notat tamen ibidem Ferraricensis effectum contingenter, in ratione effectus, per ordinem ad causas, posse considerari dupliciter. Primo quantum ad naturam effectus: secundo quantum ad modum. Sub prima consideratione, semper ei convenit contingencia, quia in quocumque statu sit, semper est effectus causae impeditibilis: considerans autem quantum ad modum essendi, aliquando habet modum contingenciae, aliquando necessitatis: primum quomodo est intra causam, quia est fit inclinata ad eius productionem, potest non evenire: secundum autem habet, quomodo est extra causas: quia omne quod est, dum est, necesse est esse, ex suppositione, & in sensu colloctio, non absolute, seu in sensu diviso. Ex quibus omnibus colligitur potest haec definitio contingents: *Contingens est id quod habet esse in causa impeditibili, sive ab intrinseco, sive ab extrinseco.*

Circa tertium quod examinandum restat, dicendum est 18 futurum primo dividi in absolutum, & conditionatum. Primum est futurum futura nulla conditione non futura dependet. Dixi non futura: quia si conditio qua pendet, futura sit, non ideo amittit rationem futuri absoluti; ut constat in Incarnatione Christi, quae habuit dependentiam a peccato Adami, quia tamen peccatum erat futurum, ideo Incarnatio etiam absolute futura erat.

Futurum conditionatum, est illud quod absolute non 19 erit, esse tamen fit aliqua conditio poterit: ut si *Judas ageret paenitentiam, veniens consequeretur.* Si *Christus praedixisset Evangelium Tyriis, & Sidonitis, & illi credidissent, & essent paenitentiam.*

Rursus hoc futurum est duplex. Unum quod cum conditione nullam connexionem habet, & solum appellari *disparatum*. Aliud quod cum illa, aliqua connexionem connectitur. Exemplum primi, *Si capra salter, arbor steret.* Si *gallus canter, Turca converteretur.* Secundum, quod non

dispa-

disparatum vocatur, est multiplex. Unum quod cum conditione, metaphysica certitudine est conexum, quale est illud in nostra sententia: *Si Deus voluntatem creatam ad parandum praemoveat, parabitur.* Aliud quod cum conditione habet connexionem certam tantum moraliter, consistentem in hoc, quod conditio posita, semper eveniat, licet possit physice non evenire, etiam in sensu composito: v. g. *Si homo gravi tentatione pulsatur, & speciali gratia non adjuvetur, tentationis succumbet.* Licet enim possit potentia physice resistere, absque speciali gratia Dei, gravi tentatione contra precepta naturalia; moraliter tamen non potest, sed semper succumbet. De quo in Tractatu de gratia disp. 1. art. 6. §. 3. Aliud est quod cum conditione habet connexionem tantum probabilem, v. g. *Si fuerit mater, diliget filium. Si Petrus confiteretur in necessitate, a Paulo sibi amicum elemosinam petat, accipiet.* In quibus tantum probabiliter, futura cum conditione connectuntur, & hoc conditionatum probabile, sicutip magis aut minus, juxta plura, vel pauciora probabilitatis motiva.

ARTICULUS II.

An Deus certo cognoscat futura contingencia, ante decretum, & praedestinationem sua voluntatis?

- 20 Quidam antiqui Philosophi futurorum contingendum praescientiam Deo denegarunt. Ex illorum numero insignis est maxime Cicero, qui lib. 2. de divinatione, notitiam admittit Deo horum futurorum, quae a causis liberis pendunt. Commotus est autem ad hoc sententium, ea re maxime, quod *utrumque arbitratum esse non posse* (ut ait Augustinus lib. 5. de Civit. cap. 9.) sed si alterum confirmatur, alterum tolli. Si elegerimus praescientiam futurorum, tolli voluntatis arbitrium. Si elegerimus voluntatis arbitrium, tolli praescientiam futurorum. Iste itaque, ut vir magnus, & doctus, & vita humana plurimum ac peritissimo consulens, ex his duobus elegit liberum voluntatis arbitrium. Quod ut confirmaretur, negavit praescientiam futurorum; a qua ita dum vult scire liberos, fecit sacrilegos.

Addunt aliqui, quod si in Deo esset certa & infallibilis futurorum contingendum scientia, vana esset & otiosa providentia ac sollicitudo hominum, tam circa temporalia, quam circa spiritualia: sive enim de illis finis felicitati, sive non, ea infallibiliter evenient, cum divina praescientia non possit falli.

- 21 Deum tamen certo & infallibiliter omnia futura contingentia praescire, certa & indubitata fide tenendum est, id enim aperte Scriptura variis in locis testatur. Psalm. 138. *Intellexisti cogitationes meas de longe, & omnes vias meas praevististi.* Ecclesiast. 32. *Domino Deo atquequam creantur omnia sunt cognita.* Item Danielis 13. *Sufanna sic Deum alloquitur: Deus aeterni qui absconditorum est cogitator, qui nescit omnia, antequam fiant &c.* Denique Scripturae asserit praescientiam futurorum certissimum esse divinitatis argumentum. Nam Isaie 41. *Dominus ad falsos convincendos Deos, sic eos alloquitur: Amantissime qua ventura sunt in futurum, & sciemus quia dicit esse vos.* Et cap. 44. *Ego primus, & ego novissimus, & absque me non est Deus. Quis similis mei vocet & annuntiet, & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura & quae futura sunt annuntiet eis.*

- 22 Favent SS. Patres: Origenes enim libro 5. contra Celsum, ait quod futurorum praedictio, divinitatis notum est & character. Tertullianus in Apologetico cap. 20. idoneum testimonium divinitatis, veritas divinationis, Augustinus 5. de Civitate Dei cap. 10. ait quod aut Deum esse negare quem non praescium constituum futurorum, aut si esse constituerit Deum, cum tamen negare eum futura praescire, etiam sic nihil aliud dicunt, quam quod ille dicit insipienter in corde suo, non est Deus. Cujus rationem assignat capite praecedenti, quia nempe confiteri esse Deum, & negare praescium futurorum aperiissima insania est. Quare Cicero non ait, ut praescientiam tolleret, divinitatem sub aliena persona negasse: Nam qui non est praescium futurorum, non est utique Deus. Unde quisquis Dei qualemcumque notitiam efformare potest, si profecto non alter illum libi cogitatione depingit, quam omnia scientem, maxime vero futura, ut ille apud Poetam qui noverat.

Quae sunt, quae fuerunt, & quae ventura sequentur. Hinc praescientia futurorum, divinitatem appellari solet, ut per hoc significetur, eam aliquid esse divinum, & Deo maxime proprium: illamque evidens argumentum esse divinitatis, vel inhabitationis Dei in homine. Unde Apostolus 1. ad Corinth. 14. *Si conveniat universa Ecclesia in unum, & omnes linguas loquantur; intrent autem idiotae, & infideles, nonne dicent quid insipientis? Si autem omnes prophetent; intret autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, & indicatur ab omnibus, occulta cordis ejus Theol. Genet. Tom. I.*

(\*) Pinguis ex illo verba Homeri.

manifesta sunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis sit.

Id ipsum confirmat omnes prophetiae quae in Sacra Scriptura continentur, cum lumen propheticum sit imperfecta quadam participatio divinae praescientiae: quare illam tantis habere respectus, merito scribit Tertullianus libro 2. contra Marcionem cap. 5. *quantum fecit Prophetas.* Et Justinus, vel alius Auctor quaedam ad Orthodoxos, asserit: *Quorum dicit non sunt dicit, neque voces veritatis sunt Prophetas: ut enim longe distans a vera divinitate, ita etiam a vera praescientia: Praescientia ergo futurorum, sine scelere, & ut Augustini verbo utar, sine sacrilegio, Deo eripi non potest.*

Plures etiam ad eandem veritatem demonstrandam rationes adduci possunt. Prima est: Scientia Dei, ut habet adjunctum decretum, seu beneplacitum divinae voluntatis, est causa futurationis omnium futurorum contingentium, ut praecedenti disputatione fuisse ostendimus: Atqui scientia non potest aliter operari & causare res, quam sciendo & cognoscendo; sicut calor non potest causare calorem, nisi calefaciendo, nec aqua frigus, nisi frigefaciendo: Ergo Deus futura contingentia certo cognoscit. Hinc est quod Deus Isaie 45. fecisse jam dicitur quae futura sunt, ut interpretatur Ambrosius libro 1. de fide cap. 7. his verbis: *qua futura sunt, vel quasi praesentia, vel quasi facta dicuntur &c.* Deo enim quae sunt futura, praesentia sunt; & ei cui praecognita sunt omnia ventura, praesentia sunt, sicut scriptum est qui fecit quae ventura sunt. Qui locus ex Isaie 45. sumptus est ex septuaginta lectionum editione. Idem docet Hilarius libro 12. de Trinitate, ubi sic ait, *Quae futura sunt, licet in eo quod creatura sunt, adhuc fiant, Deo tamen, cui in vrandis rebus nihil novum ac recens est, jam facta sunt: dum & temporum dispositio est, ut creantur; & jam in divina virtutis & praescientia ostentata sit creatura.*

Secunda ratio: certum est Deum certo scire futura contingentia, dum suo determinato tempore habent existentiam, seu quando illa producit in tempore: alias ageret modo caeco & ignaro, & sine providentia & sapientia; nec posset esse iudex actionum liberarum voluntatis, nec proinde illis debitum praemium aut poenam tribuere: unde cum scientia divina fit invariabilis, nec possit aliquid cognoscere in tempore, quod non cognoverit ab aeterno, dicendum est Deum habuisse ab aeterno omnium futurorum praescientiam, quam non potest non esse certa & infallibilis: tam quia cognitio dubia & conjecturalis, utpote imperfecta & incerta, Deo repugnat: tum etiam, quia lumen propheticum, quod ut supra dicebamus, est participatio quadam divinae praescientiae certissimum & infallibile est, juxta illud 1. Petri 1. *Habemus firmiter prophetum sermone.* Unde cum futura praedictur, praeteriti pro futuro ponendi temporis confusio familiaris est in Prophetis. Ut cum Isaie 9. dicitur: *Puer natus est nobis.* Et cap. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et Pal. 21. *Super vestem meam miserunt sortem.* *Diuturnaverunt omnia ossa mea.* Sic etiam Apostolus in Epistola ad Ephesios cap. 5. *Conversus estis vos (nos) & considerate fecit in caelestibus &c.* quod de futuro statum resurrectionis vulgo interpretantur SS. Patres. Innumera alia sunt Scripturarum loca, in quibus, futura tempora praeterito declarantur. Cujus rationem hanc subjicit Hieronymus in 2. cap. epistolae ad Ephesios. *Ne scilicet quia futura semper incerta sunt, hominum spes fluctet & vacillet, ea quae Deus futura cognovit, apud quem nihil ambiguum est, quasi jam facta memorantur. Ut quia praeterita secundum Philosophos quoque fieri incerta non possunt, qui audierunt, quasi jam facta habeant, quae futura sunt.*

Addit Anselmus in libro de Concordia praescientiae Dei & liberi arbitrii, Scripturam hanc loquendum modum usurpare, & pro futuro praeteritum tempore ponere: quia quo tempore praeterita sunt, ad similitudinem aeterni praesentis, omnino immutabilia sunt. In hoc sequidem magis similitudo futuri aeterno praesentis temporaliter praeteriti, quam praesentis; quoniam quae ibi sunt, nunquam possunt non esse praesentia; si quis temporis praeteriti non valent unquam praeterita non esse; praesentia vero temporis omnia quae transierunt, sunt non praesentia. Hinc rationi Anselmi favet frequens modus loquendi, communis enim usus obtinuit, ut quo certo fore pollicemur, jam esse facta dicantur. Unde Hercules furens apud Senecam;

Icyus Creonti debitas panas dabis. Lentum est dabit. dat. hoc quoque est lentum, dedit. Ut certo res futura monstratur.

Tertia ratio sumitur ex D. Thomae opusculo contra errores Graecorum cap. 10. ubi egregie & profundissimo discussur, contingentiam rerum, & libertatem hominum, cum divina praescientia infallibilitate, conciliat. Constat randum est (inquit) quod Deus aliter habet scientiam de rebus, quam homo. Homo enim subjectus est temporis, & ideo res temporaliter cognoscit, quodam respiciens ut praesentia, quadam ut praeterita, & quadam praevidentes ut futura: Sed Deus est superior temporis decursu, & esse scientiam, est aeternum.



§. I.

Quibusdam promissis referuntur sententia.

et aeternam unde & ejus cognitio non est temporalis, sed aeterna. Comparatur autem aeternitas ad tempus, sicut indivisibile ad continuum, in tempore enim invenitur diversitas quaedam partium secundum prius & posterius succedentium; sicut in linea invenitur diversitas partium, secundum situm ad invicem ordinatae; sed aeternitas prius & posterius non habet, quia res aeterna mutatione caret. Et sic aeternitas est tota istiusmodi, sicut & punctum partibus caret secundum situm distinctio. Punctum autem dupliciter ad lineam comparari potest: uno quidem modo, sicut intra lineam comprehensum, seu sit in principio lineae, seu in medio, seu in fine; alio modo ut extra lineam existens. Punctum ergo intra lineam existens, non potest omnibus partibus lineae adesse, sed in diversis partibus lineae oportet diversis punctis signari. Punctum vero quod extra lineam est, nihil prohibet aequaliter omnes lineae partes respicere, ut patet in circulo, cujus centrum cum sit indivisibile, aequaliter respicit omnes circumferentiae partes, & comes quodammodo sibi sunt praesentes, licet non una eorum alteri. Punctum autem inclusum in linea similatur istiusmodi quod est terminus temporis, quod quidem non adesse omnibus partibus temporis, sed in diversis partibus temporis diversis instantibus signatur. Punctum vero quod est extra lineam, scilicet centro, quodam modo similatur aeternitas, quae cum sit simplex, & indivisibile, totum decursum temporis comprehendit, & quilibet pars temporis est ei aequaliter praesens, licet partium temporis una sequatur aliam. Sic igitur Deus quod est aeternitatis excessus, sicut generatur in tempore, praesentia decursum; & amnia quae geruntur in tempore, praesentia invenitur. Sicut ergo cum videtorem sceleris, infallibilis est & certa sua cognitio, nulla tamen ex hoc servit necessitas servandi imponitur: ita Deus omnia quae sunt nobis praesentia, vel futura, vel praesentia, quae praesentia inspicimus, infallibiliter & certitudinaliter cognoscit, in quantum quod contingentibus nulla necessitas imponitur existendi. Huius autem exemplum accipi potest, si comparemus decursum temporis ad transitum viae. Si quis enim sit in via, per quam transeunt multi, videt quidem eos qui sunt ante se: qui vero post ipsum transeunt, per certitudinem scire non potest. Sed si quis sit in aliquo exsolto loco, unde totam viam aspicere possit, simul videt omnes, qui transeunt per viam. Sic ergo homo qui est in tempore, non potest totum decursum temporis simul videre, sed videt in solum quae coram assunt, praesentia scilicet, & de praesentibus aliqua: sed ea quae ventura sunt, per certitudinem scire non potest. Deus autem de excessu sua aeternitatis, per certitudinem videt quasi praesentia omnia quae per totum temporis decursum aguntur, obsequ hoc quod rebus contingentibus necessitas imponatur. Quo discursu S. Doctor divinae praesentiae certitudinem & infallibilitatem, cum hominum libertate, & rerum contingentiam mirum in modum conciliat; subindeque praecipuum fundamentum quo Cicero movebatur ad auferendam Deo horum futurorum quae a causis liberis pendent praesentiam, penitus convellit. Sed de hac difficili concordia, tum in hoc Tractatu, tum in sequentibus ex professo agemus, unde in ea explicanda hic immorari non expedit, ne eadem saepius repetamus.

ARTICULUS II.

An Deus certo cognoscat futura contingentia, ante decretum & praedestinationem sua voluntatis?

Um in qualibet scientia seu divina seu humana, duo observanda sint, nempe res scita, & medium seu modus sciendi, demonstratur in Deo certa & infallibilis futurorum contingentium scititia, modum inquirimus quo illa cognoscit, seu medium in quo illa inuenitur, & utrum ante vel post sua voluntatis decretum ea praesciat, investigamus.

Notandum primo, Quod quando quaeritur, an Deus cognoscat futura contingentia, ante vel post decretum: per illas particulas, *Ante*, & *Post*, non significatur prioritas, vel posterioritas realis (quae non potest esse in Deo, cum omne quod in illo est, sit aeternum) sed rationis, cum fundamentum in re. Id est, quod intellectus habeat fundamentum concipiendi unum prius alio, v. g. decretum futurationis; hoc autem fundamentum nullum aliud esse potest, quam dependentia unius ab altero hoc est futurationis a decreto. Unde inquirere, an Deus cognoscat futura ante decretum, idem est ac postulare, an ea cognoscat independentem ab illo.

Notandum secundo, Theologos distinguere duplex genus decretorum in Deo: Quaedam ex sua natura, & ex propria virtute efficacia, antecedenter ad ipsum effectum contingentem, & determinationem ejus, utpote casualitativa huius determinationis, & contingentiae, seu libertatis actualis, unde & praedeterminantia appellantur; & haec decreta asseruntur a Thomistis, rejiciuntur a Recentioribus, qui putant ea inesse necessitatem, hoc ipso quod antecedenti efficacia determinationem causam contingentis, & libertatem inferant. Alia sunt decreta, quae ipsi vocant *Benignum* & *Temperata*: quia videlicet ex propria efficacia sua, non efficiunt determinationem causae libertatis, sed illam supponunt a Deo praesertim per contingentiam mediam: unde talia decreta non praesent causis liberis concursum determinativum, & casualitativum determinationis illarum, sed pure indifferentem, & ab illis determinabilem, saltem quantum ad speciem actus.

Notandum tertio, Ad hoc ut aliquid possit habere rationem medii ducentis in cognitionem alterius, duo necessaria requiri. Primo ut antecedat, prioritate saltem naturae & casualitatis rem quam manifestat: si enim esset pure concomitans, & ei correlatum; cum concomitantia & correlata sint simul cognitione & natura (ut docent Philosophi) illa simul cognoscerentur, & utrumque reciproce esset ratio cognoscendi aliud: ut constat in paternitate, & filiatione. Secundo, illud quod habet rationem medii respectu alterius, debet habere necessitatem, vel saltem infallibilem cum eo connexionem, quia cum cognitio unius ex alio, vel in alio aequivalat emittenter discernitur, & nullus distans fit bonus, nisi huiusmodi connexionem habeat necessariam, nisi huiusmodi infallibilem connexionem cum sequenti, oportet ut medium quod certo & infallibiliter ducit in cognitionem alterius, habeat necessariam, vel saltem infallibilem cum eo connexionem.

Notandum quarto, aliquam cognitionem pedis dicit esse conjecturalem duobus modis: subjunctive scilicet, & objective: five ex parte cognoscentis, & rei cognita. Dicitur conjecturalis primo modo, quando cognoscens ducitur quibusdam signis, & conjecturis ad proferendum iudicium de aliqua re: quo pacto medicus explorando pulsam infirmis, vel inspicendo ejus sanguinem, aut urinam, iudicat conjecturaliter de ejus valetudine: vel morte futura. Et haec cognitio conjecturalis, cum sit imperfecta & importet dubietatem, & incertitudinem ex parte cognoscentis, non potest Deo competere. Secundo modo cognitio dicitur conjecturalis, quando aliquis cognoscit habitudinem & inclinationem quam habet aliqua causa ad producendum aliquem effectum, qui regulariter, & ordinario, non tamen semper & infallibiliter, ab illa provenit: v. g. quando aliquis cognoscit nubes hyberno tempore esse inclinatam ad plendum, & arbores tempore verno, vel aestivo, ad emittendum flores, vel producendum fructus, dicitur habere cognitionem conjecturalem ex parte objecti & rei cognita. Et haec cognitio, cum nullam dicat imperfectionem ex parte cognoscentis, sed solum ex parte rei cognita, non debet Deo denegari. His praemissis.

Circa propositam questionem varie sunt Theologorum sententiae: licet enim omnes Recentiores in eo conveniant quod Deus futura contingentia & libera certo cognoscat ante decretum, & praedestinationem suam voluntatis: in assignando tamen medio, in quo illa contemplantur, ita inter se diffident ac discordant, ut vix possint multiplex opinandi & sentiendi diversitas in ordinem redigi. Ut tamen aliquoties id possit intelligi.

Notandum quinto: Futura contingentia non posse nisi duplici via cognosci, scilicet vel in se, vel in suis causis. In se, vel ratione veritatis determinatae, quam habeant in seipsis; vel ratione praesentiae suae existentiae quam habeant in aliqua mensura praesentiae suae existentiae quam habeant, quam ut praesentia attingantur, & consequenter ut determinata. Item in causis suis possunt considerari, vel in causis proximis creatis, vel in causa increata & divina. In causis creatis, vel prout continentur in virtute propria

talis

§. II.

Demonstratur nihil esse determinata futurum ante decretum, & praedestinationem divina voluntatis.

talis causae creatae secundum se, vel ut continentur in ea, quatenus determinata a Deo. In causa etiam divina & increata possunt considerari, vel ut contenta in ipsa divina virtute secundum se, vel ut contenta in virtute divina, quatenus determinata decreto divinae voluntatis; quod decretum potest esse vel determinans, seu causas ipsam causam liberam, & contingentis determinationem; vel indifferentem, & expressum influentem. Denique divinum decretum potest considerari ut actuale & exercitum, vel ut futurum & ponendum; & juxta omnes istas considerationes, diverse orae sunt sententiae, circa modum quo Deus cognoscit futura contingentia & libera seu circa medium in quo illa contemplantur.

Prima est Regidii Romani in r. dist. 33. ubi docet Deum cognoscere futura contingentia ante decretum, in suis ideis, vel in sua essentia, ut habet rationem ideae, aut speciei impressae.

Secunda est Molinae hic dist. 4. & Becani tom. 1. summae Theol. cap. 10. quae 9. qui asserunt Deum antecedenter ad suum decretum, & determinationem suam voluntatis, sua infinita intelligentia, penetrare & cognoscere quodammodo voluntas creata, vel quocumque statu & conditione ponatur, de facto volet, & in quam partem se inclinabit, dummodo Deus praebet illi concursum ad hoc necessarium, nec suspendat illum. Quem concursum, pro causis liberis, Molina vult esse indifferentem, & sub indifferentia voluntati oblatum, ut illa eligat, & determinet; & ita in vi illius, Deus non cognoscit actus nostros liberos sed tota illorum certitudine, & determinata cognitio, ad penetrationem voluntatis humanae, sub illo concursu indifferenti seipsam determinatam reducit. Haec autem penetrationem, & perfectissimam cognitionem voluntatis humanae, vocat Molina *super comprehensionem*, ad distinctionem cognitionis divinae ab Angelica, quae licet comprehendat voluntatem hominis, in ea tamen non cognoscit actus nostros liberos, sicut Deus.

Tertia sententia est Fonsecae Tomo 3. Metaph. & Suarez libro 2. de scientia Dei cap. 8. ubi docent Deum cognoscere futura contingentia, & nostros actus liberos, in suo decreto, non quidem actuali, & exercito, (ut voluit Thomista) sed futuro, & ponendo in sequenti signo rationis.

Quarta qua his temporibus apud Recentiores invaluit, asserit Deum non cognoscere futura contingentia in aliquo medio objective, sed immediate in seipsis, & secundum propriam illorum cognoscibilitatem, & veritatem objectivam, quam dicunt habere independentem a divino decreto, ex natura & vi contradictionis: vel ex suppositione eventus futuri, & ex eo quod propositio de futuro, aliquando habeat unam de praesenti, seu de in esse veram. Ita docent Vasquez, Heric, Martinus & alii. Quam sententiam probabilior reputat Suarez lib. 2. de scientia Dei cap. 2.

Non est praetermittenda Teophili Rainaudi singularis sententia, quae asserit, Deum per scientiam mediam cognoscere quid factura esset voluntas creata in his vel illis circumstantiis, si illi ipsi relinquere, & si se sola sine concursu illius operari possent. Ita expresso docet in libro, cui titulus est, *Nova libertatis explicatio*, parte 2. cap. 4. nam 33. ubi haec scribit: *Operatio creaturae non antecedit actu & ipsa concursus divinum, sed tantum conditionate postquam ante Dei concursum actu exhibitur, obsequitur divino instiganti operatio voluntatis creatae, nunquam exortura ab eo, si ipsa voluntas se sola posse agere.*

Doctrina Thomistarum in tot opinionum varietates non scinditur, nec in tot fessis implicat sententiarum labyrinthis: Vera enim sapientia (inquit Dionysius cap. 4. de divinis nominibus) est a multis opinionibus convergens, & ad unam, veram, & uniformem congregans cognitionem, & uno unitivo lumine complexa. Super qua verba D. Thomas ibidem lect. 4. sic habet: *illi qui cognoscunt veritatem, conveniunt in una sententia: sed illi qui ignorant, dividuntur per varios errores.* Vera ergo sententia sistit in unico medio, in quo docet Deum ab aeterno futura contingentia certo & infallibiliter praescire: decretum scilicet efficax suae voluntatis, attingens non solum substantiam, sed etiam modum libertatis, & contingentiae in rebus liberis, & contingentibus; illaque transfertur a statu mere possibilitatis, ad statum determinatae futurationis, ac proinde faciens illas praesentes in mensura aeternitatis, quae cum sit infinita simul & indivisibilis, ambit totum tempus, & omnes differentias ejus, ut dicit D. Thomas hic art. 13. Ita docent antiqui Thomistae, Capreolus, Cajetanus, & Ferrarientis; & ex Recentioribus Bannez, Nazarius, Zamel, Albeda, alique plures, quos referunt Salmanticenses, & sequuntur discipuli Scoti imitantes Subtilium Magistrum in r. dist. 35. q. unica, & dist. 39. q. 1. §. *Viso de contingentia rerum.* Et ex Societate Henriquez, Granadus, & Ruius, citati ab Alarcon tom. 2. Dist. 2. cap. 6. qui duo ultimi admittunt praesentiam ab

Theol. Gomez, Tom. I.

solutorum fundari in decreto absoluto: primus vero docet praesentiam, etiam conditionatorum, a decreto conditionato pendere, ut constabit ex ejus verbis disputatione sequenti referendis.

Aeternam varias illas extraneorum sententias, quas praecedenti §. exposuimus, & diversa illa media, in quibus Recentiores docent, Deum futura contingentia certo cognoscere ante decretum, sigillatim, & in particulari confutemus; firmiter statendum ac demonstrandum est, nihil esse determinata futurum ante decretum & praedestinationem voluntatis divinae, nec proinde cognoscibile ut tale ab intellectu divino; ut ex hoc generali principio, tota Adversariorum doctrina funditus evertatur, & scientia media, pro cuius defensione varia illa media excogitata sunt, penitus corrumpatur, & in ipso huius disputationis exordio veluti praefocetur.

Dico igitur, nihil esse certo & determinate futurum, ante decretum & praedestinationem divinae voluntatis determinantis extrahere res ex statu & massa possibilis, eisque dare existentiam in aliqua differentia temporis.

Conclusio possit probari variis auctoritatibus Sanctorum Patrum, praesertim Divi Augustini, & Sancti Thomae: Sed quia plures infra referemus, hic unicum, sed egregium, utriusque Sancti Doctoris testimonium proferre satis erit. Invisibilissimus ergo divinae gratiae defensor libro 26. contra Faustum cap. 4. reddens rationem cur fateatur se nescire an aliquid sit futurum: *Ideo (inquit) nescio, quia quid habent de hac re voluntas Dei me laesit: illud me tamen non laesit, sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas habet.* Quibus verbis aperte docet nostram conclusionem, & futurationem rerum, in decretum & determinationem voluntatis divinae, tanquam in primam causam reducit.

Vestigia Augustini fideliter secutus est fidelissimus ejus discipulus D. Thomas: nam in hac parte qu. 16. art. 7. ad 3. haec scribit: *illud quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat ut fieret, unde sublata causa non esset futurum illud fieri; sola autem causa prima est aeterna, unde non sequitur quod ea qua sunt, semper fuit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa semper aeterna fuit ut essent futura, quae quidem causa est solus Deus.* Ex quibus ita arguo. Etenim tantum aliquid est futurum ab aeterno quatenus in causa prima fuit ut esset futurum: At non fuit ut esset futurum in causa prima ratione omnipotentiae, ut consideratur in actu primo, nam ut sic tantum dat denominationem possibilis: Ergo fuit ut esset futurum in causa prima, ut per decretum liberum determinata, ad dandam effectui existentiam in tempore; & consequenter, non praesentiaestivo divino decreto, nihil potest esse aut intelligi sub ratione futuri, ex mente & doctrina Sancti Thomae.

Probatum secundo ratione fundamentali desumpta ex natura & definitione futuri, supra a nobis exposita. Futurum enim est illud quod est determinatum in suis causis ad habendam existentiam pro duratione sequenti: Sed antecedenter ad decretum & praedestinationem voluntatis divinae, nulla res est determinata in suis causis, ad habendam existentiam pro duratione sequenti: Ergo in signo rationis illud antecedente, nihil est determinate futurum, sed mere possibile, minor constat, Deus enim est una & praecipua ex causis quae debent concurrere ad productionem rerum: Sed antecedenter ad suum decretum Deus non est determinatus ad productionem illarum, ut constat, cum decretum sit ipsius determinatio causae primae: Ergo antecedenter ad decretum nulla res est determinata in suis causis, ad habendam existentiam pro duratione sequenti. Major autem initio huius disputationis facta a nobis demonstrata, auctoritate Sanctorum Patrum, & efficaci ratione, petita ex differentia quae intercedit inter possibile, futurum, & existens. Res enim mere possibilis continetur intra potentiam causae omnino indifferentis & indeterminatae ad ejus productionem. Res existens est totaliter egressa & suis causis, & posita extra dependentiam illarum. Res vero futura, cum sit media inter mere possibilem, & existentem, etiam modo se habet; nec est totaliter posita extra suas causas, sicut existens neque contenta in sola potentia causae omnino indifferentis ad ejus productionem, sicut mere possibilis; sed continetur in determinatione ipsius causae, inclinata ac determinata ad dandam illi existentiam in aliqua differentia temporis. Unde D. Thomas quae 16. de malo art. 7. *Cognoscere futura in causa sua, nihil aliud est quam cognoscere praesentem inclinationem causae ad effectum.* Et q. 2. de ver. art. 11. ad 7. *Cum dicitur hoc esse futurum, vel fuit*

K 4